Fragmentarium

Et temptauerunt & exacerbauerunt deū
excelsum: & testimonia eius non custo-
dierunt.
Et auerterunt se & non seruauerunt pac-
tum: quemadmodum patres eorum
conuersi sunt in arcum prauum.
In iram concitauerunt eum in collibus
suis: & in sculptilibꝫ suis ad emulatio-
nem eum prouocauerunt.
Audiuit deus & spreuit: & ad nichilum
redegit ualde isrł.
Et reppulit tabernaculum sylo: taberna-
culum suū ubi habitauit in hominibꝰ.
Et tradidit in captiuitatē uirtutem eorū:
& pulchritudinem eorum in manus
inimici.
Et conclusit in gladio populū suum: &
hereditatem suam spreuit.
Iuuenes eoꝝ comedit ignis: & uirgines
eorum non sunt lamentate.
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt:
& uidue eorum non plorabantur.
Et excitatus est tanquam dormiens dn̄s:
tanquam potēs crapulatus a uino.

License: public_domain – Toronto, ON, The Robertson Davies Library at Massey College, Gurney Pam 0008, 3r – Illuminated Psalter (https://fragmentarium.ms/view/page/F-qe0w/7241/58840)